



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,  
Commentarii**

**Sacchini, Francesco**

**Ingolstadii, 1616**

Noua certamina de Episcopatu Canisij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41515**

*Nota certa  
mina de Epi  
scopatu Ca-  
nisij.*

*Julij III. Pon-  
tificis in So-  
cietatem be-  
dignitas.*

ac præmio apud Deum fieri posse respondisset  
etiam Canisium monuit, si fortè ultimus ille co-  
sus incideret, oblatas Pontificis literas obsequen-  
ter utiq; acciperet, capitiq; in obedientiæ signum  
imponeret: ceterum habere se adiiceret, quæ an-  
rei effectum interesset à beatissimo Patre cognos-  
sci. Respiravit ad hunc nūtiū Canisius, eo pro-  
fertim, quod tam bene animatum, & constāte  
perspexit Ignatium. Non tamen sollicitudo pla-  
deterfa est, quin adeò ex integro rediit, cum Ma-  
rinengus Vienna decessisset. Acrius quippe in-  
stauratum certamē est apud Cardinales multo  
& Pontificem ipsum, regio Romæ Procurator  
Iacobo Lasso, magni præmij, nempe consimili  
honoris, vel etiam amplioris, oblata spe, si reman-  
exitum perduxisset. Qui cum pro recenti degre-  
stata spe, veteriq; studio Regi placendi connitere-  
tur, nec apud Rodulfum Cardinalem Carpensensem  
ad quem literas dederat Rex, nec apud alios quic-  
quam patrociniū inuenisset, ad extremum ad eū-  
dem fidenter tentandumq; Pontificem censuit.  
Sed id modo est consequutus, ut clementia erga  
minimam hanc sodalitatem sanctissimi Patris (Iu-  
lius is erat hoc nomine tertius) clarissime, si un-  
quam,